

De Scriptoribvs Ecclesiasticis Liber Vnvs Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger> Coloniae Agrippinae, 1645

Seculum actauum ab Anno 700, ad 800.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64672

& ab aliis dicitur Iulianus Pomerius; quem Gennadius Massiliensis in Catalogo illustrium virorum, scribit, suo tempore vixisse, id est, ante annum Dom. 500. atque hic videtur esse ille, quem tam sæpe citat in suo Prognostico sanctus Iulianus Archiepiscopus Toletanus, de quo nuns agimus. Alter suit Iulianus Pomerius Diaconus, qui præfationem addidit ad libros S. Ildephonsi, de quo paulo aute meminimus. Hic autem sanctus Iulianus viuebat Aria. 724. id est, anno Dom. 686. Sed cum auctor huius operis in Epistola ad Regem Eruigium se Iulianus Pomerium nominet, non video, cut non ipse Iulianus Pomerius dici possit, vt sint tres Iuliani Pomerii, vnus Presbytet alter Diaconus, & tertius Episcopus.

De Anastasso Niceno.

A Nastasius Nicænus Episcopus vizit post Concilium Trullanum, quinisextum à Græcis nuncuparum, quia canones addidit Concilio quinto & sexto generali: citat enim hic auctor canonem secundum Trullanum. Scripsit responsionem ad interrogationes de multis capitibus Ecclesiasticis. Vide Bibliothecam sanctorum Patrum, tomo primo edit. secundæ, vbi, notæ margiaales caute legendæ, aut potius delendæ sunt, quia non sanam doctrinam continent.

Seculum octauum ab Anno 700. ad 800.

De S. Gregorio Iuniore. 714.

Sanctus Gregorius Papa II siue Iunior sedere copitan-Sno salutis 714. seditannos 17. obiit anno 731. Scripsit varia opera, sed extant solum Epistolæ doctissimæ, & multæ, quarum vna adsanctum Germanum extatin 7. Synodo Actor. 4. duæ Græce, & Latine ad Imperatorem Leonem Isauricum, extantapud Card. Baronium tomo Annalium 9. ad annum 13. Gregorii II. apud eundem extant epistolæ ad Bonisacium anno vndecimo Pontissa.

EUS, &

ans, & ad Carolum Martellum, ad Turingos, ad Saxones & adalios anno decimo Pontificatus.

De sancto Anthelmo.

Sanctus Anthelmus, siue Adelmus Episcopus suit in Scotia, & anno Dom. 700. sedere cæpit, ex Beda li. 5. histor.cap. 19. seripsit de Virginitate librum, qui extat in Bibliotheca sanctorum Patrum tomo 3. edit. secundæ. Scripsit etiam de Paschatis die contra errores Britonum, teste Beda, eius vita habetur apud Surium die 28. Maii.

De S. Marcellino. 717.

Sanctus Marcellinus Presbyter vir Apostolicus socius Stuitsancti Suiberti, primi Verdensis Episcopi, qui obiit anno Dom. 717. Sed iple B. Marcellinus diutius multo vixit, & scripsit vitam sancti Suiberti, quæ extat apud Surium die 1. Martii, atque ad relationem sactam ex hoelibro S. Marcellini, S. Suibertus canonizatus suit postea à Leone III. Pontifice anno 804.

Desancto Germano Constantinopolitano. 720.

CAnctus Germanus Episcopus Constantinopolitanus Ovixit temporibus Gregorii secundi Papæ, & Leonis Isaurici Imper. hæretici. Multa propter sacras Imagines, & secit egregie, & pertulit fortiter: tandem nonagenarius in existo mortuus est, anno Domini 7,0 Scripsit multa. Extat nunc Theodotia rerum sacrarum in Bibliotheca sanctorum Patrum tom. 6. edit. 2. Extant etiam epistolætres Græce, & Latine eiusdem 5. Germani in Concisio II. Nicæno, artic. 4. quarum tertia valde prolixa est, quibus epistolis præponitur epistola Gregorii Papæ II. ad Germanum. Extat apud Henricum Canisium tomo 1. antiquæ lectionis Fragmentum Græco-Latinum Orationis siusdem de hæresibus.

De Venerabili Reda.

V Enerabilis Beda Presbyter Anglus floruit eodem tëpore, anno siquidem Domini 731, in viuis erat, vt M ipse

dius

, fuo

tico

unc

122-

24-

A.

pe.

ne-

eri-

ter

um

m,

ali:

ım.

P1-

les

am

n-

fit

8

m

10

36

& De Scriptoribus Ecclesiasticis.

ipse testatut in sine quinti libri historiæ Anglicanæ. Schpsit plurima, quæ octo tomis continentur.

Primus tomus.

Continet ea, quæ ad Grammaticam, Arithmeticam, Geometriam, Astronomiam, Musicam, & similes artes pertinent.

Secundus Tomus.

Continet librum de natura rerum.

De temporum ratione.

Desex ætatibus Mundi.

De temporibus ad intelligendam supputationem temporumsacræ Scripturæ.

Sententias ex Cicerone, & Aristotele.

De Prouerbiis, De lubstantiis Elementorum.

Philosophia libros quatuor.

Librum de Pascha, siue Æquinoctio.

Librum de Arca Noc.

Librum de linguis gentium.

Denique oracula Sibyllina.

Observatio.

frepsit inter libros venerabilis Bedæ epistola de divinatione vitæ, & mortis, quæ plane indigna est hoc Auctore: & audio eam extare sub nomine sphæræ Apulæi Platonici de morte, & omnibus negotiis. Itaque omnino tollendam censeo.

Tertius Tomus.

Continet libros quinque historiæ gentis suæ cum E.

pitome.

Vitas sanctorum Guthberti, Felicis, Vedasti, Colum. bani, Attalæ, Patricii, Eustasii, Bertossi, Arnolphi, Burgundoforæ.

Item carmen de lustini martyrio.

Martyrologium.

De ficu Hierusalem.

Inter-

AB anno Dom. 700, ad 800.

Interpretationem nominum Hebraicorum, & Græcorum in facris Bibliis occurrentium.

Excerpta, & collectanea.

Guartus Tomus.

Continet explanationem in Pentateuchum & libros Regum.

Item in Samuelem explanationum allegoricarum libros quatuor.

Item explanationem in Esdram, Tobiam, Iob, Prouerbia, & Cantica.

Denique de Tabernaculo, & vasis, ac vestibus eius libros duos.

Quintus Tomus.

Continet Commentaria in totum nonum Testamentum, exceptis Epistolis B. Pauli.

Sextus Tomus.

Continet retra Lationes, & quastiones in Acta Apostolorum

Commentaria in omnes epistolas S. Pauli ex Augustinisententiis, & verbis excerpta.

Septimus Tomus.

Continer homilias de Jempore, & de sanciis plurimis. Item librum de Muliere forci,

Librum de Officiis.

Scintillas fiue locos Communes.

Fragmenta in libros Sapientiales, & Pfalterii vers lus.

Octauns Tomus.

Continet librum de templo Salomonis. Librum decreatione siue opere 6. dierum. Quæstiones in Octateuchum. In quatuor libros Regum. Quastiones varias. Commentaria in Psalmos,

Commentaria in Boetii librum de Trinitate.

De Ven-

Schi-

cam,

artes

tem-

diui-

1800 Planino

m E.

lum. Bur-

nters

De Scriptoribus Ecclesiasticis

De verbis Christi. Meditationes Passionis. De remedis peccatorum.

180

Observatio Prima.

Extat indiculus operum, venerabilis Bedæ abipsomet scriptus, vt etiam vita ciusdem vsque ad annum ætatis 19. ab ipso descripta est post historiam gentis suæ. Aliquaopera postea scripst. Vixit enim longissimam vitam, ideo mirum non est, si aliqua nunc eius nomine circunterantur, quorum ipse in Indiculo suo non meminit.

Observatio secunda.

Non desunt, qui à Catalogo operum venerabilis Beda demere velint Commentaria in Epistolas S. Pauli ex Augustini verbis contexta: Sed nullus probabilius id fecit, quam Card. Baronius. Siquidem romo septimo Annalium ad annum Christi;62. refert ex Cassiodoro, Petrum queudam Abbatem Tripolitanum S. Pauli epistolas exemplis opusculorum S. August. subnotasse, vt per osalienum sui cordis declararet arcanum: quæ ita locis singulis competentes aprauit, vt hoc magis studio beati Augustiin credas elle profectum. Mirum est enim, sic alterum ex altero dilucidasse, ve nulla verborum suorum adiectione permixta, desiderium cordis propris complesse videatut hæc Cassiodorus. Censerigitur Cardin. Baronius, Commentaria illa in epistolas sancti Pauli non Bedæ esse prefbyteri, led Petri Tripolitani Abbatis. Quia veroin pratatione Bedæin epiltolas habentur hæc verba, In Apoltolum quæcunque in opusculis S. Augustini expositaioue. ni, cuncta per ordinem trauscribere curani. Respondet Card Baronius, eam præfationem non esse Beda, ledalicuius, qui, vt hæc Commentaria Bedæ adscriberet, illa verba adiecit.

Ego vero quamuis à viro doctissimo, & optimo & mihi, cum viueret coniunctissimo valde agre dissentiam, exponam tamen rationes, quæ me mouent, vi existimem ista commentaria vere esse Bedæ, & iudicium lectorirelinguam.

Primum

Primum, Præfațio illa non est quidem à Beda his commentariis adiuncta, sed tamen tota sumpta est à verbis Bedæ, quæ habenturad sinem historiæ sine epitomes, cui subiecerat ipse Beda vitam suam, & indiculum operum suorum, vt Card. ipse Baron. assirmat, Tomo 8. Annal. ad annum Dom. 231. vbi ipsum indiculum, qui in multis codicibus deest, ad verbum ponit, & in eo indiculo Bedæ à Card. Baronio repræsentato sunt illa verba, In Apostolum quæ cunque in opusculis S. Augustini exposita inueni cuncta per ordinem transcribere curaui. Neque eo loco Card. Baronius dicit ea verba non esse Bedæ, neque credibile est, vllum suisse tam audacem, & temerarium, vtindiculo Bedæaliquid addere vellet.

Quod si verbailla sunt Bedæ, vr vere sunt, necesse est omnino, aut Bedam esse mentitum, quod nemo diceret,

aur commentaria illa vera este Bedæ.

Deinde, si ea commentaria non sunt Bedæ, certe sequitur, vt Beda, qui tam diligenter in vtriusque testamenti libris explanandis laborauit, solum apostolum prætermiserit, cuius epistolæ nobilissima pars scripturarum esse videntur.

Præterea quid impedit, quod minus duo auctores, Pettus Abbas, & Beda presbyter diuersis temporibus, & locis eodem studio in paulo ex Augustiniscriptis explicando desudauerint? si commentarium Petri Abbatis haberemus, & eo collato cum commentario Bedæ, vnum & idem esse videremus: tum plane fatendum esser, non esse hoc opus Bedæ adseribendum: sed cum illud non extet, licet omnino existimare, diuersum ab isto suisse, idest, ex diuersis Augustini sententiis verbisque constatum.

Observatio tertia.

Ex vitis Sanctorum, que habentur tertio tomo Bedæ, que dam sunt, que ab ipso Beda scripta non sunt. Certe vita sancti Patricii duobus libris comprehensa, non habetur in indiculo, & satis constar scriptam à Probo, vr in

M 3

extre

19.

0-

leo

an-

da

u-

III-

MIL

ic-

1/18

tie

ex

tur

mel-

fa-

0-

10.

det

illa

ni-

em

re=

ım

extremo libro secundo legitur: sic etiam vitam S. Columbani non Beda, sed Ionas scripsit: vi vitam sancti Atnulphi Paulus Diaconus scripsit non Beda: sic etiam inter Collectanea; & stores, quæ habentur; tomo nihil sere est, quod sit Bedæingenio dignum. Collectaneum de luminaribus Ecclesiæ habetur etiam in quarto tomo s. Hieronymi, & nec Hieronymi, nec Bedæ est. Collectaneum de quatuor generibus ligni in Cruce Domini, nihil solidi habet Oratiuncula, vbi inuocantur, tres Iacobi; & altera voi inuocantur Angelus Vriel, & Rumiel, longe absunt à grauitate, & scientia Bedæ, sed sicut sunt inter opera Bedæ aliqua, quæ non sunt Bedæ, ita desunt Commentaria in Isaiam, Hieremiam, Danielem, & duodecim Prophetas minores, quæ in indiculo operum Bedæ numerantur: & periisse videntur.

De S. Ioan, Damasceno. 731.

Canclus Ioannes Damascenus, vir magnæ doctrinæ& Manctitatis, æqualisfuit venerabilis Bede, & ynus Occidentem, alter Orientem sapientia sua illustrauit, nan tempore Gregorii II. Pape, & Leonis Isauri Imperatoris heretici scripsit Orationes pro defensione sacrarum imaginum aduersus prædictum Leonem circaannum Dom 7 : sed diu postea superuixit, & multa passus est ab Imperatore Constantino Copronymo propter h dem Catholicam. Itaquelonge à veritate aberrant, qui Damascenum tempore Theodosi senioris floruisse scribunt. Scripsit multa preclara opera, atque in primislibros quaruor de side Orthodoxa, in quibus ipse primus vniuersam Theologiam recto ordine comprehendit. Eum imitati sunt Magister sententiarum, & Doctores, qui Scholastici dicuntur. Scripsit preterea Orationes tres doctiffimas, & vtilissimas aduersus impugnatores faciarum Imaginum.

Seripsit etiam alia minora opuscula. De Logica, librum vnum.

De Physica.

Dein-

I

IIIIIIIII

Ab anno Dom. 700. ad 800.	183
Deintroductione dignitatum.	T
De Duabus voluntaribus Christi.	1
Decentum hæresibus.	
Detrifagio.	I
Dealtercatione Christiani, & Saraceni.	I
Historiæ Barlaam, & Iosaphat.	H
De his qui in fide dormierunt Orationem.	1
Paralellorum.	3
De transfiguratione Christi.	e O-
De natiuitate B. Virginis, & eiusdem Assumption rationes.	
Aduersus Manichæos Dialogum.	
Vira fancti Stephani Iunioris.	
Accesserunt nuper liber einsdem Damaseeni conti	ra A-
cephalos, sed mutilus: & alius contra Nestorianos,	apud
Henricum Canisium tom. 4. antiquæ lectionis.	
Observatio.	
E-Li ihus sibilia dubines renocari poteft.	nisi

Ex his operibus nihil in dubium reuocari poteit, historia Barlaam: & Oratio de his qui in fide domierunt. Historia Barlaam, de Iolaphat insignis, & vtilis est. quia Barlaam, dum instruit discipulum suum Iosaphat, inbet eum credere in Spiritum sanctum ex Patre, & Fie lioprocedentem: dubitatio exorta est an hocopus esse potuerit Ioannis Damasceni, qui libro primo de fide Orthodoxa cap. vndecimo docer, Spiritum sanctum non procedere ex filio, sed per filium. Sed responderi porest, in historia Barlaam particulam illam exfilio, videriadditam abaliquo:nam in noua editione per Billium castigata, non habetur ex filio. Dubitatio quoque existit, an hæe narratio sit vera historia, an porius consicta ad erudiendos nobiles adolescentes, qualis est vita Cyri apud Xenophontem. Cæterum veram historiam esse constatex eo, quod S Ioannes Damascenus in fine historia inuocat sanctos Batlaam, & Iosaphat, quorum res gestas scriplerat, & Ecclesia Catholica in Martyrologio descriptos veneratur, die 27. Nouembris, eosdem sanctos Barlaam, & Iolaphar.

M 4

018-

iler re us.

se er

Oratio de his, qui in side migrauerunt scrupulum inie cit, quia narrat Falconillam precibus primæ Martyris, & Traiani animam precibus S. Gregorii Papæ ab inferoi suppliciis liberatos, quæ narrationes salsæ esse videntur, & fabulis similiores, quam historiæ: Sed sieri potest, vi sanctus Ioannes Damascenus, quamuis alioqui doctus, & prudens, istis narrationibus sacise sidem habuerit, neque de veritate earum inuestiganda sollicitus suerit.

De S. Bonifacio Moguntino. 740.

Sanctus Bonifacius natione Anglus Archiepiscopus Moguntinus, & Martyr, vixit temporibus Gregoriile-cundi, & terrii, & Zachariz pontificum Romanorum, & obittann, 1505. Mogunt. De eius rebus gestis, vide Card. Baronium tomo 2. Annalium, ad annum 755.

De antonio Melissa.

A Ntonius Molissa Monachus scripsit libros duos comunium locorum ad virtutes sequendas, & vitiasugienda, quos ex patribus collegit. & quoniam vltimus, quem citat est sanctus Ioannes Damascenus, ideo hoc loco eum posuimus, cum veram ætatem eius ignoraremus. Extant hi libri in Bibliotheca sanctorum patrum tomo quinto editionis secundæ, sed caute legendissunt, quonia ab hæreticis latinitate donati, & impressi sunt. Vide observationes sacobi Billi additas ad epistolas Isidori pelussome & Frontonis Ducæi notas, & Indicem expurgatorium Romæimpressum anno 1607.

De Hadriano Papa I. 772.

Adrianus papa primus sedere cœpit in Apostolica sede anno Dom. 772 Constantino Copronymohætetico imperante, & sedit annis vigintiquatuor, minus vno mense cum dimidio, vsque ad ann. Dom. 795. Vir suit sanctus, & eruditus, & præter epistolas multas, quæ extant partim in septima Synodo Act. 2. partim inter epistolas pontificias: scripsit insignem librum pro desensionese.

prima Synodi, & responsionem ad librū missum à Carolo Rege Francorum ex Concilio Francosordiensi: qui liber Hadriani Papa extat post septimam Synodum, in noua editione Romana Conciliorum Generalium, Grace, & Latine impressorum anno 1612. Sciendum est autem librum, cui respondet Hadrianus, non suisse compositum à Carolo Rege (vt harctici Iconoclasta falso assirmant) sed esse librum continentem obiectiones aduersus septimam Synodum, quam Patres Concilii Francosordiensis arbitrati sunt celebratam suisse sine consensu Rom. Pontificis: & erroribus multis scatere, atque ideo non recipiendam, sed reiiciendam videri.

De Paulo Diacono. 774.

) Aulus Diaconus Aquilienfis , à secretis erat Deside-I rii Regis Longobardorum, quando per Carolum Regem Francorum Desiderius captus, & Regnum ipsius euersum suit anno Domini 774. qui deinde Monachus Cashnensis factus pie, & religiose vitam duxit, vt scribit Leo Hostiensis in chronico Cassinensilib. 2. cap. 17. Scriplit libros lex de geltis Longobardorum. Scriphile etiam dicitur libros historia Romana quos videmus adiunctos hiltoriæ Eutropii polt imperium Iouiani, vbi deliit Eutropius. Sed viri docti negant cos libros esse Pauli Diaconi. Scripfit præterea in regulam S. Benedicti, vt Leo Hostiensis restatur loco notato, & ea dicitur haberi manuscripta in monasterio Cassinensi. Scripsit hymnoslacros, quorum vnus, qui incipit, Vr queant laxis refonare hbris, ab Ecclesia frequentarur in natalis. Ioan. Baptiltæ. Denique scripsit homilias, & alia, que non extant, nili manulcripta in Bibliothecis.

De Paulimo Aquileiensi. 780.

Paulinus Aquileiensis Episcopus vir doctus, & pius rempore Caroli Magniseripsit contra Felicem, & Elipandum librum de sancta Tripitate, qui extatin Bibliotheca sanctorum Patruga tomo 4. edit. 2. obiit ann. Dom. 801. clarus miraculis.

Ms

De

nie

, 80

erni

tur,

Vt

tus,

ne.

pus

ife-

1,8

ard,

cő-

fu

US,

10-

US.

mo

nia

20-

lu-

104

102

2-

us

ult

THE

las

12

De Scriptoribus Ecclesiasticis

De Albino Alcuino. 780.

A Lbinus Alcuinus Anglus Bedæ discipulus, in Gallias à Carolo Rege Francorum euocatus multa scripsis, è quibus extant.

Liber de diuinis officiis.

Epistola ad Carolum Regem.

Eraltera ad Oduinum presbyterum.

Hæc, inquam, extant in codice impresso Coloniæ anno 1568. cum aliis septem auctoribus de eodem argumento.

Extant præterea in Bibliotheca fanctorum Patrum to.

Quaftionum in Genesim, lib.

In Ecclesiastem.

De virtutibus, & vitiis.

Quæstionum de Trinitate.

De Trinitate, libri

Deratione animæ Epistola ad Eulalium.

De diuinis officiis.

Extant etiam epistolæ eiusdem Albini numer. 67. apud Henricum Canisium tom. 1. antiquæ lectionis. Editasunt denique opera omnia Alcuini Parisiis, in quibus sunt etiam libri septem contra Felicem libri 4. contra Elipandum poemata varia, & vira ipsius Alcuini à contemporaneo scripta.

Seculum nonum ab Anno 800. ad 900. De S. Nicephoro. 811.

Sanctus Nicephorus Episcopus Constantinopolitanus Svixit tempore Leonis III. Pontificis ad quemanno Dom. 811. misit epistolam valde prolixam, quæ extat tom. 9. Annalium Card. Baronii. Scripsit etiam Chronicum, quod extatin Bibliotheca sanctorum Patrum tomo secundo edit, secundæ. Scripsit quoque quatuoropuscula contra Iconomachos, quæ extantapud Henricum Canisium tomo quarto antiquæ lectionis. Tandem vir

Can

fand

anu

nar

que

& 1

pin

ta

Ma